







Sala  
Gab. R  
Est.  
Tab. 40  
N.º 11

R  
40  
11











M I S S A L E

R O M A N U M

EX DECRETO SACROSANCTI  
CONCILII TRIDENTINI RESTITUTUM  
PII PONT. MAX. VISSV EDITVM.

CLEMENTIS VIII PRIMVM, NVNC DENVO

V R E A N T I A E OCTAVI

A V T O R I T A T E R E C O G N I T V M

In quo Missae ritus et caeremoniae omnes ad longam  
potius sunt ad huiusmodi usum commoditate.



A M S T E R P I A E.

EX OFFICINA PLANTINIANA

Apud Ysaacum & Iohannem Balthasarum Moreum.

M D C L X X X.





Exemplar afendido à  
Biblioteca pelo Senhor  
Jrô' Maria dos Santos.



MISSÆ PROPRIÆ  
FESTORVM  
ORDINIS  
FRATRV MINORVM

Ad formam MISSALIS ROMANI, ex decreto Sacrosancti  
Concilij Tridentini restituti, & CLEMENTIS VIII.  
auctoritate recogniti, redactæ,

Et novissimè ex commissione VRBANI PAPÆ VIII.  
exactius examinatæ.



CONIMBRICÆ,  
EX OFFICINA RODERICI DE CARVALHO COVTINHO,  
VNIVERSITATIS TYPOGRAPHI,  
ANNO DOMINI M.DC. LXXV.



MISSA...  
FESTIVITAS...  
ORDINIS...  
ERAT...  
MINORVM...  
AD FORMAM MISSAE ROMANE...  
CONCILII TRIDENTINI...  
IN ILLI TEMPORE...  
EXEQUIIS EXAMINATA...  
SIMONI NUNC PETRUS...  
ZEBEDI & IOHANNEM FRATRES...  
& PHILIPPUM & BARTHOLOMAEUM...  
MATTHEUM & THOMAM...  
ALPHAEUM...  
CANAEM...  
ANNO DOMINI MDC LXXV

**MISSA**  
**FESTIVITAS**  
**ORDINIS**  
**ERAT**  
**MINORVM**

**AD FORMAM MISSAE ROMANE**  
**CONCILII TRIDENTINI**  
**IN ILLI TEMPORE**  
**EXEQUIIS EXAMINATA**

**SIMONI NUNC PETRUS**  
**ZEBEDI & IOHANNEM FRATRES**  
**& PHILIPPUM & BARTHOLOMAEUM**  
**MATTHEUM & THOMAM**  
**ALPHAEUM**  
**CANAEM**

**ANNO DOMINI MDC LXXV**



**OFFICINA RODERICI DE CARVALHO COVILHANO**  
**ANNO DOMINI MDC LXXV**

**ANNO DOMINI MDC LXXV**



KALENDARIVM  
**FESTORVM PROPRIVM**  
 SIVE MISSARVM  
**ORDINIS**  
 FRATRVM MINORVM.

*Quando iuxta privilegium Ordinis celebratur de sanctissimo Sacramento.  
 per annum Missa dicitur prout habetur inter Votivas Missalis Romani.*

I A N V A R I I.

- 14 **F**estum Sanctissimi Nominis **IESV.** duplex 2. classis. 7  
 16 **B**erardi, Petri, & sociorum **martyrum.** duplex 2. classis. 9  
 18 **C**athedra S. Petri Romæ. duplex maius. 22  
 25 **C**onversio S. Pauli Apostoli. duplex maius. 25

F E B R V A R I I.

- 5 **P**etri & sociorum **martyrum Iaponensium** duplex 2. classis. 10  
 15 **T**ranslatio S. Antonij de Padua Confessoris. **duplex minus.** 12  
 19 **C**onradi Confessoris. **semiduplex.** 12  
 22 **C**athedra S. Petri Antiochiæ. duplex maius. 22  
 23 **M**argaritæ de Cortona. **semiduplex.** (fuit heri.) 12

M A R T I I.

- 6 **C**oletæ Virginis. **semiduplex.** (apud Clarissas.) 12  
 14 **T**ranslatio S. Bonaventuræ Episcopi & Confessoris, & **Ecclesiæ**  
**D**octoris. duplex maius. 12  
 19 **I**oseph Confessoris. duplex 2. classis. 18  
 20 **I**oachimi Confessoris. duplex maius. 19  
 24 **G**abrielis Archangeli. duplex maius. 19

M A I I.

- 6 **I**oannis ante portam **Latinam.** duplex maius. 27  
 8 **A**pparitio S. Michaelis Archangeli. duplex maius. 10  
 17 **P**aschalis Confessoris. duplex maius. 14  
 18 **T**ranslatio S. Bernardini Confess. **duplex minus.** (fuit heri.) 14  
 19 **F**elicis Confessoris. **duplex.** (fuit heri.) 14  
 20 **B**ernardini Confessoris. duplex 2. classis. 14  
 25 **T**ranslatio S. Patris nostri **Francisci Confessoris.** duplex maius. 15

I V N I I.

- 11 **B**arnabæ Apotol. duplex maius. 11  
 12 **A**ntonij de Padua Confessoris. duplex 2. classis. 15



## I V L I I.

- 2 **Visitatio B. MARIE Virginis.** duplex maius.  
 4 **Elisabeth viduæ Reginæ Portugalliæ.** **semiduplex.** 17  
 14 **Bonaventuræ Episcopi & Cōf. & Ecclesiæ Dōctoris** dup. 2 clas. 17  
 22 **Mariæ Magdalenz.** duplex maius.  
 26 **Annæ Matris beatæ MARIE,** duplex maius.

## A V G V S T I.

- 1 **Petri ad Vincula.** duplex maius.  
 2 **Festum Portiunculæ.** duplex maius. 19  
 5 **Dedicatio S. Mariæ ad Nives.** duplex maius.  
 6 **Transfiguratio Domini.** duplex maius.  
 12 **Clare Virginis.** duplex 2. classis. 19  
 19 **Ludovici Epif. & Conf.** dup. 2. clas. **cum cōm.** diei O & S. Clare. 21  
 25 **Ludovici Regis Franciæ Confessoris.** **semiduplex.** 22

## S E P T E M B R I S.

- 14 **Exaltatio S. Crucis.** duplex maius.  
 17 **Impressio sacrorum Stigmatum in corpore B. P. N. Francisci** du-  
 plex. 2. classis. 22  
 28 **Elzearij Confessoris.** **semiduplex.** (fuit heri.) 24  
 29 **Dedicatio S. Machaelis Archangeli.** duplex 2. classis. 22

## O C T O B R I S.

- 1 **Sanctorum Angelorum Custodum.** duplex maius. 24  
 2 **Translatio S. Clare Virginis.** **duplex minus.** 24  
 4 **Sandii Patris nostri Francisci Confessoris.** duplex 1. classis. 24  
 13 **Danielis & sociorum martyrum.** duplex 2. classis. 28  
 18 **Lucæ Evangelistæ.** duplex 2. classis. 19  
 19 **Petri de Alcantara Confessoris.** duplex maius. 29  
 23 **Ioannis Capistrani Confessoris.** duplex maius. 29  
 27 **Iuonis Confessoris.** **semiduplex.** 29

## N O V E M B R I S.

- 10 **Translatio S. Ludovici Episcopi & Confessoris.** **duplex minus.** 30  
 12 **Didaci Confessoris.** duplex 2. classis. 30  
 20 **Elisabeth viduæ.** **semiduplex.** (fuit heri.) 31  
 21 **Præsentatio beatæ MARIE Virginis.** duplex maius. 19  
 25 **Catharinæ Virginis & martyris.** duplex maius. 20  
 28 **Iacobi de Marchia Confessoris.** duplex maius. 32

## D E C E M B R I S.

- 1 **Conceptio beatæ MARIE Virginis.** duplex 2. classis. 15  
 13 **Luciæ Virginis & martyris.** duplex maius. 13



5

**MISSÆ PROPRIÆ**  
**FESTORVM ORDINIS**  
**FRATRV M MINORVM.**

MENSIS DECEMBRIS.

Die  
viii.

In festo immaculatæ Conceptionis sanctissimæ Dei genitricis

MARIE.

Et ex Concessione Pauli V. Summi Pontificis, quolibet Sabbato anni recitari potest Officium Conceptionis B. MARIE, (extra Adventum & Quadragesimam) non impedito Officio novem Lectionum. Introitus.

Cant  
3.



Gredimini, & videte filiz Sion Reginam vestra, quam laudant astra matutina: cuius pulchritudinem sol & luna miratur, & iubilant omnes filij Dei.

Psal.  
38.

**Psalm.** Quam dilecta tabernacula tua Dñe virtutū! concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.

**V.** Gló:ia Patri. **Oratio.**

**D**eus, qui per immaculatam Virginis Conceptionē dignū Filio tuo habitaculū præparasti: quæsumus, ut qui ex morte eiúsdē Filij sui prævisa, eā ab omni labe præservasti; nos quoque mundos, eius intercessiōne, ad te pervenire concēdas. Per eúndem Dñm.

**Et fit commemoratio Feriæ.**

Lectio libri Sapientia.

**D**ominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio. Ab æterno ordinatam sum, & ex antiquis, antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant: necdum montes gravi mole constiterant: ante colles ego parturiabar: adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ. Quando præparabat caelos, aderam: quando certa lege, & gyro vallabat abyssos: quando æthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum: quando circumdabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos: quando appendebat fundamenta terræ. Cum eo eram, cuncta component: & delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum: & deliciae meae, esse cum filiis hominum. Nunc ergo filij audite me: Beati qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam, & estote sapientes, & nolite abicere eam. Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostij mei. Qui me invenit,



nerit, inveniet vitam, & hauriet salutem à Dómino.

**Graduale.** Qualis est dilecta nostra, charíssimi? qualis est mater, dicite, Dómini? qualis & quanta sit soror, & sponsa Christi? *V.* Dilécta nostra cáncida, immaculáta, quasi auróra consurgens. *Allelúia, allel. V.* Veni Regína nostra, veni dómína in hortum odóris super ómnia arómata. *Allelúia.*

**Post Septuagesimam, omisso Allelúia, & Versu sequenti, dicitur Tractus.** Gaude María virgo, cunctas hæreses sola interemisti. *V.* Quæ Gabriélis Archángeli didis credidisti. *V.* Dum virgo Deum & hóminé genuisti, & post partú virgo invioláta permansisti. *V.* Dei génitrix intercède pro nobis.

**Témpore Paschali omittitur Graduale, & eius loco dicitur, Allelúia, allel. V.** Veni Regína nostra, veni dómína in hortú odóris super ómnia arómata. *Allelúia. V.* Virga Iesse floruit, virgo Deum & hóminé genuit, pacem Deus reddidit, in se reconcilians ima summis. *Allelúia.*

**Sequéntia sancti Evangelij secundum Lucam.**

**I**n illo témpore: Loquente Iesu ad turbas, extóllens vocé quædam múlíer de turba, dixit illi: Beátus venter, qui te portávit; & úbera, quæ suxisti. At ille dixit: Quinimò beáti, qui áudiunt verbum Dei, & custódiunt illud. **Credo.**

**Et dicitur per totam Octavam, & in Festis infra eam occurréibus.**

**Offertoriú.** Hortus conclusus, <sup>Cent</sup> fons signátus, emissiónes tuæ paradísus, <sup>4</sup> ó María: manus tuæ stillaverunt myrrham, mellisflusque facti sunt cæli, dum manu Dómini fabricáta es mater tanti Dei. **Secreta.**

**S**uscipere dignêris per temetipsum benignitátis audíorem, rogâmus Dómine, Matris, ac domus tuæ, zelatórum devótas cum hilaritáte supplicatiónes: ut sicut ipsa, tua grátia præveniênte, mundo [ hódie ] immúnis apparuit: ita ipsi mundam de tuæ Matris múnere, te concedente, exhibeant gratiárum aciónem. Per temetipsum Iesum Christum Filium eius: Qui vivis & regnas cum Deo Patre, in unitáte Spíritus sancti Deus.

**Præfatio de beata Virgine.** Et te in Conceptione, quæ dicitur per totam Octavam, etiam in festis, nisi habuerint propriam.

**Communio.** Gloriosa dicta sunt de te María, quia fecit tibi magna qui potens est. **Postcommunio.**

**O**dorem, Dómine, sacrificij hujus suscipe suavitátis, & præsta: ut, qui (hódie) Mariæ Conceptionem iubilando celebrant, eius salúbri oratióne, fructum céntuplum suæ devotiónis accipiant. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit & regnat.

**Infra Octavam Conceptionis B. MARIE, secunda Oratio de Feria, tertia de Spiritu sancto; nisi occurrat festum Duplex, vel Semi-**

**duplex;**

Num  
17.

Luc  
11. d

Illud  
hodie  
hic &  
in  
Post  
com-  
mu-  
nionem  
omittitur  
extra  
Octavam.



duplex; de quo tunc fit, cum commemoratione Octavæ, & Feriæ. Quando verò in Sabbato per annū fit Officiū de Conceptione, secunda Oratio erit de Spiritu Sancto; tertia, Ecclesiæ tuæ, vel pro Papa, Deus omnium fideliū. Si verò occurrat fieri commemorationem alicuius Sancti, ea ponitur secundo loco; & tertia Oratio dicitur quæ aliàs secundo loco dicenda erat.

## FESTA IANVARI.

In festo sanctissimi Nominis IESV. Introitus.



**I**N nomine Iesu omne genu flexatur cælestiū, terrestrium, & infernōrū: & omnis lingua cōfiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris. **Psalm.** Domine Dñs noster, quā admirabile est nomen tuum in univërſa terra! **Gloria Patri. Oratio.**

**D**Eus, qui unigénitum Fílium tuum constituisti humani generis Salvatōrem, & Iesum vocari iussisti; concède propítius, ut cuius sanctū Nomen venerāmur in terris, eius quoque aspéctū perfruāmur in cælis. Per eundē Dñm.

In Missis privatis fit commemoratio S. Felicis martyris.

Lectio Actuum Apostolorum.

**I**N diēbus illis: Repletus Spiritu sancto Petrus, dixit: Principes p̄spali, & seniores audite: Si nos hodie diudicāmur in benefacto hominis infirmi, in quo iste salvus

factus est, notum sit omnibus vobis, & omni plebi Israël: quia in nōmine Dñi nostri Iesu Christi Nazarenī, quem vos crucifixistis, quē Deus suscitavit à mōrtuis, in hoc iste astat corā vobis sanus. Hic est lapis, qui reprobatus est à vobis ædificātibis, qui factus est in caput anguli: & non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomē est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.

**Graduale.** Salvos fac nos Domine Deus noster: & congrega nos de nationibus: ut confiteāmur nōmini sancto tuo; & gloriēmur in gloria tua. **V.** Tu Domine pater noster, & redemptor noster, à sæculo nomen tuum. **Allelūia, allelūia. V.** Laudem Domini loquetur os meum, & benedicat omnis caro nomen sanctum eius. **Allelūia.**

**Post Septuagesima, omisso Allelūia, & Versu sequenti, dicitur Tractus.** Domine Deus virtutū cōverte nos: & ostēde faciem tuam, & salvi erimus: sonet vox tua in auribus meis. **V.** Vox enim tua dulcis, & facies decōra nimis. **V.** Oleum effusum nomen tuum Iesu, idē adolescentulæ dilexerunt te.

**Tēpore Paschali omittitur Graduale, & eius loco dicitur, Allelūia, allelūia. V.** Laudē Domini loquetur os meū, & benedicat omnis caro nomē sanctū eius. **Allel. V.** Exaltābo te Deus meus Rex, & benedicam nōmini sancto tuo Iesu in sæculum, & in sæculum sæculi. **Allelūia.**

Die xiiii.

Phi- lip. 2.

Psalm. 8.

Act. 4 b

Psalm. 105.

Isaia 63. d



## Sequentia.

**L**auda Sion Salvatoris  
Iesu nomen, & amoris,  
Toto cordis júbilo.

**N**omen sanctum nos amare  
Decet semper & laudare  
Absque mentis núbilo.

**I**esu nomen potestatis,  
Atque æternæ maiestatis,  
Summi Patris brachium.

**C**ælos fecit, terræ molem,  
Iesu nomen, atque solem,  
Et cælestè gáudium.

**A**ngelorum ingens cœtus,  
Protoplastique perfectus  
Fuit Iesu nómine.

**V**t aquarum magni fontes  
Sunt immissi super montes  
Iusto rerum ordine.

**I**n Ægypto fecit signa  
Iesu nomen, & maligna  
Pérdidit prodigia.

**S**cisso pélago, transuexit  
Israëlem, & demérsit  
Hóstiū insignia.

**H**uius nóminis virtúte  
Superbórum sunt destrúctæ  
Dæmonum poténtiæ.

**S**imuláchra idólorum  
Sunt eversa: tyrannórum  
Fractæ violéntiæ.

**I**esu nomen figurátum,  
Veheménter expectátum  
Patrum desidério.

**R**evelátum nobis quidem  
Dedit Spem, Amórem, Fidem,  
Máximo mystério.

**N**omen ergo hoc amándum  
Toto corde, & adorándum

Omni reveréntia.

**I**n adversis nomen sanctum  
Invocétur: Iesu tantum  
Aderit præsentia.

**P**ræsentia Deitatis,  
Et totius bonitatis  
Dulcis Iesus áderit.

**F**ugat morbos & livóres,  
Sed & ánimi languóres,  
Iesus ubi vénerit.

**V**eni Iesu nomen dulce,  
Et te cordi nostro pone  
Nóbile signáculum. Amen.  
Allelúia.

Sequentia sancti Evangelij  
secundum Lucam.

**I**n illo tempore: Postquam Luca.  
consummati sunt dies octo, ut 2. c  
circumcideretur puer: vocatum  
est nomen eius Iesus, quod vocatum  
est ab Angelo priusquam in útero  
conciperetur. **C**redo.

**O**ffertoriū. **C**onfitebor tibi Dó- Psal.  
mine Deus meus in toto corde meo, 85.  
& glorificábo nomen tuum in ætér-  
nū: quóniam tu Dómine suávis, &  
mitis: & multæ misericórdiæ ómni-  
bus invocántibus te, allel. **Secreta**

**B**enedictio tua, clementissime  
Deus, qua omnis viget crea-  
túra, sanctificet, quæsumus,  
hoc sacrificium nostrum, quod ad  
glóriam nóminis Filij tui Dómini  
nostri Iesu Christi offerimus tibi: ut  
maiestati tuæ placere possit ad lau-  
dem, & nobis proficere ad salútem.  
Per eundem Dóminum nostrum  
Iesum Christum.

Præfatio de Nativitate.



**Comm.** Omnes Gentes quascūque fecisti, venient, & adorabunt coram te, Dōmine, & glorificabunt nomen tuum: quōniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus, allelūia.

**Postcommunio.**

**O**mnipotens æternæ Deus, qui creasti & redemisti nos, respice propitius vota nostra: & sacrificium salutaris hostiæ, quod in in honōre nōminis Filij tui Dōmini nostri Iesu Christi maiestati tuæ obtulimus, placido & benigno vultu suscipere digneris: ut grātia tua nobis infusa, sub glorioso nōmine Iesu, æternæ prædestinatiōnis titulo, gaudeāmus nōmina nostra scripta esse in cælis. Per eūdem Dñm.

**In festo SS. Martyrum BERARDI,**

**PETRI, ACCURSII, ADIVTI,**

**& OTHONIS Introitus.**



Vltæ tribulationes iustōrum, & de his omnibus liberavit eos Dōminus: Dōminus custodit omnia ossa eōrum, unum ex his non conteretur. **Psal.** Benedicam Dōminū in omni tempore: semper laus eius in ore meo. **Gloria Patri.**

**Oratio.**

**L**argire nobis, quæsumus Dōmine, beatis martyris tuis Berardo, Petro, Accursio, Adivito, & Othone intercedentibus, cælestia semper & Christum amare quorū glorioso martyrio, Ordinis Minōrū in ista consecrasti. Per eūdem Dōminū nō serui.

**Lectio** Epistolæ beati Pauli Apōstoli ad Corinthios.

**F**ratres, Spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles nos autem ignobiles. Usque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cedimus, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris: maledicimur, & benedicimus: persecutiōne patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus: tamquam purgamenta huius mundi facti sumus, ut nū peripsēma usque adhuc. Non ut confundam vos, hæc scribo, sed ut filios meos charissimos moneo. In Christo Iesu Dōmino nostro.

**Graduale.** Vindica Dōmine sanguinem sanctōrum, tuōrum, qui effusus est. **V.** Posuerunt morticina servōrum tuōrum Dōmine escas volatilibus cæli: carnes sanctōrum tuōrum bestiis terræ. **Allelūia, allelūia.** **V.** Hæc est vera fraternitas, quæ vicit mundi crimina: Christum secuta est, inclytatenens regna cælestia. **Allelūia.**

**Post Septuagesimam, in Missis votivis, omittis Allelūia, & Versu sequenti, dicitur Tractus.** Quis eminant in lacrymis, in gaudio mentent. **V.** Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. **V.** Venientes autem venient cum exultatione, portantes mantulos suos.



**Tempore Paschali omittitur  
Graduale, & eius loco dicitur Alle-**

lelúia, allelúia. **V.** Hæc est vera frat-  
ternitas, quæ vicie mundi crimina:  
Christum secúta est, ínclýta tenens  
regna cæléstia Allelúia. **Vers.** Pre-  
tíosa ín conspéctu Dómini mors san-  
ctórum eius. Allelúia.

**S**equéntia sancti Evangélii  
secúndum Mattheum.

**I**n illo témpore: Dixit Iesús disci-  
pulis suis: Ecce ego mitto vos  
sicut oves ín médío lupórum. Estó-  
te ergo prudéntes sicut serpéntes,  
& simplices sicut colúmbæ. Cavéte  
autem ab homínibus. Tradent enim  
vos ín concíliis, & ín synagógis suis  
flagellábunt vos: & ad præfides &  
ad reges ducémíni propter me, ín  
testimóniũ illis, & géntibus. Cú au-  
tem tradent vos, nolíte cogítare  
quómodo aut quíd loquámini: dá-  
bitur enim vobis ín illa hora, quíd  
loquámini: non enim vos estis qui  
loquámini, sed Spíritus Patris vestrí,  
qui loquitur ín vobis. Tradet  
auté frater fratrem ín mortem, &  
pater filium: & insúrget filíi ín pa-  
rentes, & morte eos afficiet: & éri-  
tis odio ómnibus propter nomen  
meũ: qui auté perseveráverit usque  
ín finem, hic salvus erit. **Credo.**

**Offert.** Iustórum ánimæ ín manu  
Dei sũt, & non tanget illos tormétũ  
mortis: vísi sũt óculis insipiétiũ mó-  
ri, illi auté sũt ín pace, allel. **Secreta.**

**P**ro pretíosa, Dómine, tuórum  
morte Sanctórum sacrificium  
istud offerimus: quo opé tuam

nostris tempóribus cleménter ín-  
péndas; & grátiam nobis veræ de-  
votiõnis exhibeas. Per Dóminum.

**Communio.** Dico autem vobis Luce  
12.  
amícis meis: Ne terreámini ab his  
qui vos persecúntur.

**Postcommunio.**

**C**æléstia Dómine dona, quæ  
súmpsimus, vitam nobis trí-  
buant sempitérnã: quam cū  
beatórum mártýrum tuórum Berár-  
di, Petri, Accúrlij, Adíuti, atque  
Othónis gloriósis méritis implorá-  
mus. Per Dóminum.

## FESTA FEBRUARII.

**In festo SS. martyrum Iaponen-  
sium Petri & sociorum.**

Die  
v.

**Introitus.**



Sapientiam sanctórum  
narrant pópuli: & lau-  
des eórum nuntiet ec-  
clésta: nómina autem

Eccli.  
44.

eórum vivent ín sæculum sæculi.  
**Psal.** Exultáte iusti ín Dómino:  
rectos decet collaudátio. **V.** Glória  
Patri.

Psal.  
32.

**Oratio.**

**D**eus qui nos concédís sanctó-  
rum mártýrum tuórum Pe-  
tri & sociórum eius natalitia  
colere: da nobis ín ætérna beatitú-  
dine de eórum societáte gaudere. Per  
Dóminum nostrum.

**Antiphona.** Sermo libri Sapientíæ.

**I**usti autem ín perpétuum vi-  
vent, & apud Dóminũ est mer-  
ces eórum, & cogítatio illórum  
apud Altíssimum. Ided accípiet  
regnú decóris, & diadéma specíei de

Sap.  
4. c



manu Dómini: quóniam dextera sua teget eos, & bráchio sancto suo defendet illos. Accipiet armaturá zelus illius, & armábit creaturam ad ultiónem inimicórum. Induet pro thoráce iustítiam, & accipiet pro gálea iudícium certum. Sumet scutum inexpugnábile æquitátem.

*Psal.*  
123. **Graduale.** Anima nostra, sicut passer, erépta est de láqueo venántium. *V.* Láqueus contrítus est, & nos liberáti sumus: adiutórium nostrum in nómine Dómini, qui fecit cælum & terram. **Allelúia, allelúia.**  
*V.* Hæc est vera fraternitas, quæ viticit mundi crimína: Christum secúta est, inelyta tenens regna cælestia. **Allelúia.**

**Post Septuagesimam, omisso Allelúia, & Versu sequenti, dicitur**

*Psal.*  
125. **Tractus.** Qui seminant in lacrymis, in gáudio metent. *V.* Eúntes ibant & flebant, mitténtes semina sua. *V.* Veniéntes auté venient cum exultatióne, portántes manspulos suos.

**Sequéntia sancti Evangélij**  
secúndum Lucam.

*Lucæ*  
21. c. **I**n illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis: Cúm audieritis prælia, & seditiões, nolíte terreri: oportet primùm hæc fieri, sed nondú statim finis. Tunc dicēbat illis: Surget gens contra gentē, & regnū advérsus regnū. Et terræmótus magni erunt per loca, & pestiléntiæ, & fames, terrorésque de cælo, & signa magna erunt. Sed ante hæc ómnia iniicient vobis manus suas, & persequéntur, tradéntes in synagógas &

custódias, trahéntes ad reges & præfides propter nomen meú: contínget autem vobis in testimóniū. Pónite ergo in córdibus vestris, non præmeditári quemádmódú respondeátis. Ego emin dabo vobis os & sapiéntiam, cui non poterút resistere & contradícere omnes adversárii vestri. Tradémini auté à paréribus, & frátribus, & cognátis, & amicis, & morte afficient ex vobis: & éritis ódio ómnibus propter nomen meú: & capillus de capite vestro non peribit. In paciéntia vestra possidébis animas vestras. **Credo.**

**Offertorium.** Exultábunt sancti in glória, lætabúntur in cubilibus suis: exaltatiões Dei in fáucibus eórum, allelúia. **Secreta.**

**M**vnera tibi, Dñe, nostræ devotiõnis offerimus: quæ & pro tuórum tibi grata sint honóre iustórum; & nobis salutária, te miseránte, reddántur. Per Dñm.

**Cómunio.** Dico auté vobis amicis meis: ne terreámini ab his, qui vos persequúntur. **Postcómunio.**

**P**resta nobis, quæsumus Dómine, intercedéntibus sanctis martyribus tuis Petro & sócijs eius, ut quod ore contíngimus, pura mente capiámus. Per Dóminum.

**In Translatione S. ANTONII DE PADVA Confessoris Missa dicitur ut in die Natalis eiusdem, fol. 15. sed in Oratione pro voce illa Solémnitas, dicitur Translatio. Et sic fit in omnibus alijs Translatiõibus, ubi eadem vox, sive Festivitas,**



tas, aut Natalitia, invenitur Sed in  
eis non dicitur Credo.

Die  
xix.

In festo B. CONRADI Con-  
fessoris, Missa. Iustus ut palma. ut  
in Comuni Confess. non Pontificis.  
Evangelium. Ecce nos reliquimus  
omnia. ut in Missa Abbatum.

Die  
xxiiij

B. MARGARITÆ DE COR-  
TONA viduæ Missa. Cognovi Dô-  
mine. de Comuni non Virgini.

FESTA MARTII.

Die  
vj.

In festo B. COLETÆ virginis  
Missa. Vultum tuum. de Commu-  
ni Virginum.

Die  
xiiij.

In Translatione S. BONAVENT-  
URÆ Episcopi & Confess. Mis-  
sa ut in die Natalis eiusdem, fol. 17.

Die  
xxiiij

In festo Archangeli GABRIELIS  
Introitus.

Psal.  
67.



Rævenérunt principes  
conitincti psalléntibus  
in médio invenculârum  
tympanistriârum. Psal.

Ibid.

Exurgat Deus, & dissipentur ini-  
mici eius: & fugiant qui odérunt  
eum à facie eius. V. Glória Patri.

Oratio.

**D**Eus, qui per Archangelum  
tuum Gabriëlem, Salvatô-  
rem mundi sacratissimæ Vir-  
gini concipiëndum nuntiásti: da, ut  
eúndem & mente pura concipiâ-  
mus, & fervido imitemur affectu.  
Qui tecum vivit.

Et fit commemoratio Feriæ.

Lectio libri Apocalypsis beati  
Ioannis Apóstoli.

**E**T séptimus Angelus tuba cœ-  
cinit: & factæ sunt voces ma-  
gnæ in cælo dicentes: Factum  
est regnû huius mundi, Dómini nos-  
tri & Christi eius, & regnâbit in sæ-  
cula sæculôrum: Amen. Et viginti-  
quâtor seniôres, qui in conspectu  
Dei sedent in sédibus suis, cecidê-  
runt in fâcies suas, & adoravérunt  
Deum, dicentes: Grátias ágimus ti-  
bi Dómine Deus omnipotens, qui  
es, & qui eras, & qui ventûrus es:  
quia accepísti virtutem tuam ma-  
gnam, & regnásti. Et apertû est tē-  
plum Dei in cælo: & visa est arca  
testaménti in templo eius. Et signû  
magnum apparuit in cælo: Múlier  
amicta sole, & luna sub pédibus  
eius, & in cápite eius corôna stellâ-  
rum duódecim: & in útero habens,  
clamâbat partûriens, & cruciabâtur  
ut páriat. Et péperit filium máscu-  
lum, qui rectûrus erat omnes Gen-  
tes in virga férrea.

**Graduale.** Attóllite portas prin-  
cipes vestras, & elevámini portæ  
æternáles: & introíbit Rex glóriæ.  
V. Quis est iste Rex glóriæ? Dó-  
minus fortis & potens: Dóminus  
potens in prælio.

**Tractus.** Ecce vir unus Gábriel  
vestitus líneis, & renes eius accin-  
ctus auro obrizo. V. Et corpus eius  
quasi chrysólitus, & fâcies velut  
spécies fúlguris. V. Et óculi eius ut  
lampas ardens, & bráchia eius, &  
quæ deorsum sunt usque ad pedes,

quasi



quasi species æris candentis. *V.* Et vox sermōnum eius quasi vox multitudinis.

**Tempore Paschali, Allelúia, allelúia.** *V.* Missus est Angelus Gabriel ad Mariam virginem desponsatam Ioseph. Allelúia. *V.* Ecce vir unus Gabriel quem videram à principio, citò volans tetigit me, & docuit me. Allelúia.

Sequentia sancti Evangelij secundum Lucam.

**I**N illo tempore: Missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo David, & nomen virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Ave gratia plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria; inventisti enim gratiam apud Deum: ecce concipies in útero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius Altissimi ni vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei: Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideò que, & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur

Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua: & hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. *Credo.*

**Offertorium.** Benedicite Dominum omnes Angeli eius: potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermōnem eius.

**Secreta.**

**E**Xaudi Domine preces nostras, quas per Archangelum tuum Gabrielem mittimus presentandas, quibus suppliciter exoramus: ut & hanc hostiam salutarem, & per eam nos tibi sacratos in odorem suavitatis suscipias. Per Dominum nostrum.

**Communio.** Ecce Michael unus de Principibus primis venit in adiutorium meum.

**Postcommunio.** Roborent nos, quæsumus Domine, sacra quæ sumpsimus: & favente Archangelo tuo Gabriële, in opere efficaces, & in tuo amore fervidi inveniamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

FESTA MAII.

**In festo B. PASCHALIS Confessoris, Missa. O iusti, de Comuni Confessoris non Pontificis. Evangelij. Nolite timere pusillus grex, & dicitur Credo.**

In



Die xviii

In Translatione S. BERNARDINI Confessoris, Missa sequens in eiusdem Natali. Sed in Oratione pro voce illa Solemnitate, dicitur Translatione.

in Domino, & eleemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia sanctorum

**Graduale.** Iustus ut palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini. **V.** Ad annuntiandum manere misericordiam tuam, & veritatem tuam pernoctet. Alleluia, alleluia. **V.** Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae. Alleluia.

Psal. 91.

Die xix.

In festo S. FELICIS Confessoris, Missa Quis iusti. Evangelium. Nolite timere. de Comuni Confessoris non Pontificis.

**Alleluia, alleluia.** **V.** Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae. Alleluia.

Iac. 1

Die xx.

In festo S. BERNARDINI Confessoris, Introitus.

**Tempore Paschali omittitur Graduale, & eius loco dicitur, Alleluia, alleluia.**

Iac. 1

Psal. 36.



**D** S iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium: lex Dei eius in corde ipsius.

**Alleluia, alleluia.** **V.** Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae. Alleluia. **V.** Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriae induit eum. Alleluia.

Ibid.

**Psalm.** Noli aemulari in malignantibus: neque zelaveris facientes iniquitatem. **V.** Gloria Patri. **Oratio.**

**Sequentia sancti Evangelij secundum Matthaeum.**

Ecclesi 45.

**D** Omine Iesu, qui beato Bernardino Confessori tuo exemplum sancti nominis tui amorem tribuisti: eius, quaesumus, meritis & intercessione, spiritum nobis dilectionis benignus infunde. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate eiusdem Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

**I** N illo tempore: Dixit Petrus ad Iesum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam aeternam possidebit. **Credo.**

Mat. 19. d

Ecclesi 31.

**Lectio libri Sapientiae.**  
**B** eatus vir, qui inventus est sine macula, & qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia & thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo, & perfectus est, erit illi gloria aeterna: qui potuit transgredi, & non est transgressus; facere mala, & non fecit: ideo stabilita sunt bona illius

**Et dicitur per totam Octavam, & in Festis infra eam occurrentibus.**

Offer.



**O**ffertoriū. **V**eritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

**Secreta.**

**L**audis tibi, Dōmine, hōstias immolāmus in tuōrum commemoratiōne Sanctorū: quibus nos & præsētibus exui malis confidimus, & futuris. Per Dñm.

**Cōmunio.** **B**eātus, servus, quē, cum venerit dōminus, invenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.

**Postcommunio.**

**R**esēdi cibo potūque cælesti, Deus noster, te supplices exorāmus: ut in cuius hęc commemoratiōne percēpimus, eius muniāmur & prēcibus Per Dōminum.

**Infra Octavam S. Bernardini, secunda Oratio de S. Maria, Concede nos. tertia, Ecclēsiæ, vel pro Papa, Deus omnium fidēlium. nisi occurrat Festum duplex, vel semiduplex; de quo tunc fit cum commemoratiōne Octavæ.**

**In Translatione S. P. N. FRANCISCI Missa, Mihi autem. ut in votivis eiusdem. 22. servata Rubrica Translationis sancti Antonij, ut supra. 12.**

## F E S T A I V N I I.

**In festo S. ANTONII DE PADVA Confessoris. Introitus.**



**I**n medio Ecclēsiæ aperuit os eius: & implēvit eum Dōminus spiritu sapiētiae, & intellēctus:

stolam glōriæ induit eum. **Psalmus.** Bonum est confitēri Dōmino: & psāllere rōmini tuo Altissime.

**7. Glōria Patri. O Oratio.**

**E**cclēsiam tuam, Deus, beati Antonij confessoris tui solēmnitas vota lætificet: ut spiritalibus semper muniatur auxiliis, & gaudiis pēfrui mereatur æternis. Per Dōminum nostrum.

**Lectio libri Sapiētiae.**

**O**ptavi, & datus est mihi sensus: & invocavi, & venit in me spiritus sapiētiae: & prępōsui illam regnis & sedibus, & divitias nihil esse duxi in comparatiōne illius: nec comparavi illi lapidē pretiosum: quoniam omne aurum in comparatiōne illius, arēna est exigua, & tamquam lutū aestimabitur argentum in conspectu illius. Super salutem & spēciam dilēxi illam, & prępōsui pro luce habere illam: quoniam inextinguibile est lumen illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius, & lætātus sum in omnibus: quoniam antecēdebat me ista sapiētia, & ignorābam quoniam horum omnium mater est. Quam sine fidiōne didici, & sine invidia comunico, & honestātem illius non abscondo. Infinitus enim thesaurus est hominibus: quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitiae Dei, propter disciplinæ dona commendati. Mihi autem dedit Deus dicere ex sentētia, & pręsumere digna

horum



horum quæ mihi dantur: quoniam ipse sapientie dux est, & sapientiam emendator.

*Psal.*  
36. **Graduale.** Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. *V.* Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius. **Alleluia, alleluia.** *V.* Antonij compar Inclyte, nostri quandam itineris: tu nobis adhuc miseris, in patria iam prædite: te glorioso comite, nos ora frui superis. **Alleluia.**

*Psal.*  
III. **Post Septuagesimam, omitto Alleluia, & Versu sequenti, dicitur Tractus.** Beatus vir qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis. *V.* Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur. *V.* Gloria & divitiæ in domo eius, & iustitia eius manet in seculum seculi.

**Tempore Paschali omititur Graduale, & eius loco dicitur, Alleluia, alleluia.** *V.* Antonij compar Inclyte, nostri quandam itineris: tu nobis adhuc miseris, in patria iam prædite: te glorioso comite, nos ora frui superis. **Alleluia.** *V.* Iustus germinabit sicut liliū: & florebit in æternum ante Dominum. **Alleluia.**

**Sequentia sancti Evangelij secundum Matthæum.**

*Mat.*  
5. b. **I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi supra montem posita. Neque accendunt

ucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est. Nolite putare quoniam veni solvere legem, aut prophetas: non veni solvere, sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat caelum & terra, iota unum, aut unus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno caelorum: qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno caelorum. **Credo.**

**Et dicitur per totam Octavam, & in Festis infra eam occurrentibus**

**Offertorium.** Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. *Psal.*  
88.

**Secreta.**  
**P**raesens oblatio fiat, Domine, populo tuo salutaris, pro quo dignatus es Patri tuo te viventem hostiam immolare. Qui cum eodem Deo Patre & Spiritu sancto vivis & regnas Deus, per omnia.

**Comunio.** Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratum sum. Euge serve bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium Domini tui. **Postcommunio.**

**D**ivinis, Domine, muneribus satiati, quæsumus: ut beati Antonij confessoris tui meritis



tis gloriōsis, salutāris vltimæ desideratū sentiāmus effectū. Per Dñm.

**Infra Octavam S. Antonij, & in ipso die Octavæ, fit idem Officium quod in die. Sed infra Oct. post. Orationē diei dicitur secunda Oratio de S. Maria, Cōcēde nos, tertia, f. ecclēsiæ tuæ. vel pro Papa, Deus omniū.**

## F E S T A I U L I I.

**In festo S. ELISABETH Reginæ Portugalliæ viduæ Missa, Cognōvi Dōmine. ut in festis Augusti sol. 549.**

**In festo S. BONAVENTURÆ Episcopi & confessoris & Ecclesiæ Doctoris. Introitus.**

**I**N medio Ecclēsiæ aperuit os eius, & implēvit eum Dōminus spiritu sapientiæ, & intellēctus, stolam glōriæ induit eum. **Psal. mus. B**onum est confiteri Dōmino, & psallere nōmini tuo Altissime.

**Gloria Patri. Oratio.**  
**D**Eus, qui Ecclēsiæ tuæ beatum Bonaventuram confessorē tuum atque Pontificē, Dōctōrem mirābilem tribuisti: concede propitius; ut apud te hanc p̄iū semper intercessōrem habere mereatur. Per Dōminum nostrum.

**In Missis privatis fit commemoratio S. Henrici Confessoris.**

**Oratio.**  
**O**Mnipotens & misericors Deus, qui à glōria tua nullam conditionē excludis: te

suppliciter exorāmus: ut sicut beato Henrico Confessori tuo post terreni culmen impērij ecclēstis regni solium contulisti, ita mēritis eius & precibus nobis quoque famulis tuis æternæ felicitatis præmia largiāris. Per Dōminum nostrum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apōstoli ad Timotheum.**

**C**hrissime, Testificor coram Deo & Iesu Christo, qui iudicaturus est vivos & mortuos, per adventum ipsius, & regnum eius: prædica verbum, in sta opportinē, importinē: argue, obsecra, increpa, in omni patientia, & doctrina. Erūt enim tempus, cū sanam doctrinam non sustinēbunt, sed ad sua desideria coacervābunt sibi magistros, pruriētes auribus, & à veritate quidem auditum avērtent, ad fabulas autem convertentur. Tu verō vigila, in omnibus labora, opus fac Evangelistæ, ministerium tuū imple. Sobrius esto. Ego enim jam delibor, & tempus resolutionis meæ instat. Bonū certāmen certavi, cursum consummavi, fidē servavi. In reliquo repōsita est mihi corōna iustitiæ, quam reddet mihi Dōminus in illa die, iustus iudex: non solum autem mihi, sed & ijs qui diligunt adventum eius.

**Graduale. O**s iusti meditabitur sapientia, & lingua eius loquetur iudicium. **Lex** Dēi eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius. **Allelūa, allelūa. Iuravit** Dōminus, & non poenitēbit eum:

Die  
iiiij.Die  
xiiiij.Eccli  
15.Psal.  
91.2. Ti.  
mo. 4.Psal.  
36.Psal.  
109.



Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Allelúia.

**Post Septuagesimam, omittitur Allelúia, & Versu sequenti, dicitur**

*Psal.* **Tractus.** **B**eatus vir, qui timet Dominum, in mandatis eius cupit nimis.

**V.** Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur.

**V.** Gloria & divitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi.

**Tempore Paschali omittitur Graduale, & ejus loco dicitur,**

*Psal.* **A**llelúia, allelúia. **V.** Iuravit Dominus, & non poenitebit eum: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Allelúia.

**V.** Iustus germinabit sicut lilium, & florebit in æternum ante Dominum. Allelúia.

**Sequentia sancti Evangelij secundum Matthæum.**

*Mat.* **I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Vos estis sal terræ.

Quod si sal evanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi supra montem posita. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est. Nolite putare quoniam veni solvere legem, aut prophetas: non veni solvere, sed adimplere. Amen qui prope dico vobis, donec transeat cælum & ter-

ra, iota unum, aut unum apud non præteribit à lege, donec omnia fiant. Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum: qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. **Credo.**

**Et dicitur per totam Octavam, & in Festis infra eam occurrentibus.**

**Offertorium.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.

**Secreta.**

**S**ancti Bonaventuræ confessoris tui atque Pontificis, quaesumus Domine, annua solemnitas pietati tuæ nos reddat acceptos: ut per hæc piæ placationis officia, & illud beata retributio comitetur: & nobis gratiæ tuæ dona concilier. Per Dominum nostrum.

**Pro S. Henrico. Secreta.**

**L**audis tibi, Domine, hostias immolamus in tuorum commemoratione sanctorum: quibus nos & presentibus exui malis confidimus, & futuris. Per Dñm.

**Comunio.** Fidelis servus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram. **postcommunio.**

**D**eus fidelium remunerator animarum, presta: ut beati Bonaventuræ confessoris tui atque Pontificis, cuius venerandam celebramus festivitatem, precibus indulgentiam consequamur. Per Dñm.



## Pro S. Henrico. Postcommunio.

**R**efecti cibo potisque cælesti,  
Deus noster, te supplices exoramus: ut in cuius hæc commemoratiõne percépimus, eius muniamur & precibus. Per Dóminum.

**Infra Octavam sancti Bonaventuræ & in die Octava dicitur Missa sicut in die Festi: sed infra Octavam, quando non fit commemoratiõ Festi Simplicis, dicitur secunda Oratio de S. Maria, C**oncède nos, **tertia, E**cclésiæ tuæ, **vel pro Papa, Deus** omnium.

## FESTA AVGVSTI.

**In festo Consecrationis Ecclesiæ S. Mariæ Angelorum apud Assisiam Missa dicitur de communi Dedicatiõnis Ecclesiæ. Et dicitur C**redo.

**In festo S. CLARÆ virginis.****Introitus.**

**V**ltum tuum deprecabuntur omnes divites plebis: adducuntur Regi virgines post eam: proxima eius adducuntur tibi in lætitia, & exultatiõne. **Psal.** Eructavit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea Regi. **V.** Glória Patri.

**Oratio.**

**F**amulos tuos, quæsumus Dómine, beatæ virginis tuæ Clare votiva natalitia recedentes, cælestium gaudiorum sua faciás interventione participes, & tui Vniógeniti coheredes. Qui tecum vivit.

**L**ectio Epistolæ beati Pauli Apóstoli ad Corinthios.

**F**ratres De virginibus præceptum Dómini non habeo: consilium autem do, tamquam misericordiam consecutus à Dómino, ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quóniam bonum est homini sic esse. Alligatus es uxóri? noli quærere solutiõnem. Solutus es ab uxóre? noli quærere uxõrem. Si autem accéperis uxõrem, non peccasti. Et si nupsit virgo, non peccavit. Tribulatiõnem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaque dico, fratres: Tempus breve est: reliquum est, ut & qui habent uxõres, tamquam non habentes sint: & qui flent, tamquam non flentes: & qui gaudent, tamquam non gaudentes: & qui emunt, tamquam non possidentes: & qui utuntur hoc mundo, tamquam non utantur: præterit enim figura huius mundi. Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxóre est, sollicitus est quæ Dómini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxóre est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxóri, & divisus est. Et mulier innapta, & virgo cogitat quæ Dómini sunt; ut sit sancta corpore & spiritu: in Christo Iesu Dómino nostro.

**Graduale.** Concupivit Rex decorem tuum, quóniam ipse est Dóminus Deus tuus. **V.** Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam. Allelúia, allelúia.



¶ Hæc est virgo sapiens, & una de numero prudentum. Allelûia.

Post Septuagesimam, omisso Allelûia. & Versu sequenti, dicitur

Ibid.

**Tractus.** Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia concupivit Rex speciem tuam. ¶ Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis: filia regum in honore tuo.

¶ Adducuntur Regi virgines post eam: proxima eius afferentur tibi.

¶ Afferentur in læticia & exultatione: adducuntur in templum Regis.

Tempore Paschali omittitur Graduale, & eius loco dicitur, Allelûia, allelûia, ¶ Hæc est virgo sapiens, & una de numero prudentum. Allelûia. ¶ O quam pulchra est casta generatio cum claritate! Allelûia.

Sep.

4

Sequentia sancti Evangelij secundum Mattheum.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile erit regnum cælorum decem virginibus: quæ accipientes lampades suas, exierunt obviam sponso & sponsæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes: sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non sumpsérunt oleum secum: prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso, dormitaverunt omnes & dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornaverunt lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostræ extinguuntur. Responderunt prudentes, dicentes: Ne forte non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. Dum autem irent emere, venit sponsus: & quæ paratæ erant, intraverunt cum eo ad nuptias, clausa est ianua. Novissimè vero veniunt & reliquæ virgines, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. At ille respondens, ait: Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam. Credo.

Et dicitur per totam Octavam, & in Festis infra eam occurrentibus. Offertor. Adducetur Regi virgines post eam: proxima eius afferentur tibi in læticia & exultatione, adducetur in templum Regi Domino. Secreta. Blâta tibi, quæsumus Domine, dona sanctifica, quæ maiestati tuæ accepta faciat beatæ virginis tuæ Claræ intercessio veneranda. Per Dominum nostrum.

Mat.

25.

Communio. Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam Christo Domino. Postcommunio. Rotegant, quæsumus Domine, plebem tuam, gloriosæ virginis tuæ Claræ continuata præsidia, & sumpta pro illius gloria Corporis tui sacri, & pretiosi Sanguinis sacramenta. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

¶ Hæc est virgo sapiens, & una de numero prudentum. Allelûia. ¶ O quam pulchra est casta generatio cum claritate! Allelûia.

Sequentia sancti Evangelij secundum Mattheum.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile erit regnum cælorum decem virginibus: quæ accipientes lampades suas, exierunt obviam sponso & sponsæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes: sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non sumpsérunt oleum secum: prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso, dormitaverunt omnes & dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornaverunt lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostræ extinguuntur. Responderunt prudentes, dicentes: Ne forte non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. Dum autem irent emere, venit sponsus: & quæ paratæ erant, intraverunt cum eo ad nuptias, clausa est ianua. Novissimè vero veniunt & reliquæ virgines, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. At ille respondens, ait: Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam. Credo.

Et dicitur per totam Octavam, & in Festis infra eam occurrentibus. Offertor. Adducetur Regi virgines post eam: proxima eius afferentur tibi in læticia & exultatione, adducetur in templum Regi Domino. Secreta. Blâta tibi, quæsumus Domine, dona sanctifica, quæ maiestati tuæ accepta faciat beatæ virginis tuæ Claræ intercessio veneranda. Per Dominum nostrum.

Communio. Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam Christo Domino. Postcommunio. Rotegant, quæsumus Domine, plebem tuam, gloriosæ virginis tuæ Claræ continuata præsidia, & sumpta pro illius gloria Corporis tui sacri, & pretiosi Sanguinis sacramenta. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

¶ Hæc est virgo sapiens, & una de numero prudentum. Allelûia. ¶ O quam pulchra est casta generatio cum claritate! Allelûia.

Sequentia sancti Evangelij secundum Mattheum.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile erit regnum cælorum decem virginibus: quæ accipientes lampades suas, exierunt obviam sponso & sponsæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes: sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non sumpsérunt oleum secum: prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso, dormitaverunt omnes & dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornaverunt lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostræ extinguuntur. Responderunt prudentes, dicentes: Ne forte non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. Dum autem irent emere, venit sponsus: & quæ paratæ erant, intraverunt cum eo ad nuptias, clausa est ianua. Novissimè vero veniunt & reliquæ virgines, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. At ille respondens, ait: Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam. Credo.



Die  
xix.In festo S. Ludovici Episcopi  
& Confessoris. Introitus.Ecclesi  
45.

**S**tatuit ei Dominus testamētum pacis, & principem fecit eum: ut sit illi sacerdotij dignitas in ætēnum. **Psalmus.** Memento Domine David, & omnis mansuetudinis eius. **V.** Glōria Patri.

Psalm.  
137.

## Oratio.

**D**eus, qui Ecclesiam tuam dispositione mirabili novis semper illustras sanctorum splendoribus: tribue quæsumus; ut qui beati Ludovici Confessoris tui atque Pontificis solēnnis gratulamur, ad eius consōrtium feliciter perducāmur. Per Dōminum.

Deinde fit commemoratio de  
Octava S. Clara.

## Lectio libri Sapientie.

Ecclesi  
44.

**E**cce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inventus est iustus: & in tempore iracundie factus est reconciliatio. Non est inventus similis illi, qui conservavit legem Excelsi. Ideo iurejurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam. Benedictionem omnium gentium dedit illi, & testamentum suum confirmavit super caput eius. Agnovit eum in benedictionibus suis: conservavit illi misericordiam suam: & invenit gratiam coram oculis Domini. Magnificavit eum in conspectu regum: & dedit illi coronam glorie. Statuit illi testamentum ætēnum: & dedit illi sacerdotium magnum:

Cap.  
45.

& beatificavit illum in gloria. Fungi sacerdotio, & habere laudem in nomine ipsius: & offerre illi incensum dignum, in odore suavitatis.

**Graduale.** Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. **V.** Non est inventus similis illi, qui conservaret legem Excelsi. **Alleluia, alleluia.** **V.** Rosa vernans charitatis, liliū virginitatis, stella fulgens Ludovicus, vas sanctitatis, ora pro nobis Dōminum. **Alleluia.**

Ecclesi  
44.

**Post Septuagesimam, omisso Alleluia, & versu sequenti, dicitur Tractus.** Beatus vir, qui timet Dōminum, in mandatis eius cupit nimis. **V.** Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur. **V.** Glōria & divitiæ in domo eius, & iustitia eius manet in sæculum sæculi.

Psalm.  
111.

**Tempore Paschali omittitur Graduale, & eius loco dicitur, Alleluia, alleluia.** **V.** Rosa vernans charitatis, liliū virginitatis, stella fulgens Ludovicus, vas sanctitatis, ora pro nobis Dōminum. **Alleluia.** **V.** Tu es sacerdos in ætēnum secundum ordinem Melchisedech. **Alleluia.**

Psalm.  
109.

**Sequentia sancti Evangelij**  
secundum Matthæum.

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Vigilare, quia nescitis quā hora Dōminus vester venturus sit. Illud autē scitote, quoniam si sciret paterfamilias quā hora fur venturus esset, vigilaret sitique, & non sineret perfodi domū suam.

Mat.  
24. d



Ideo & vos estote parati: quia quæ nescitis hora Filius hominis venturus est. Quis, putas, est fidelis servus, & prudens, quem constituit dominus suus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore? Beatus ille servus, quem, cum venerit dominus eius, invenerit sic facientem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum. **Credo.**

**Et dicitur per totam Octavam, & in Festis infra eam occurrentibus.**

*Psal.*  
88.

**Offert.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. **Secreta.**

**S**acrificia, Domine, quæ in honore sancti Ludovici confessoris tui atque Pontificis, tuæ offerimus maiestati, nobis sint ad factum efficaciam, & tuæ placita pietati. **Per Dominum nostrum.**

*Mat.*  
24.

**Communio.** Beatus servus, quem, cum venerit dominus, invenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.

**Postcommunio.** **I**mmensam clementiam tuam, omnipotens Deus, suppliciter exoramus: ut intercedente beato Ludovico confessore tuo atque Pontifice, per hæc sancta quæ sumpsimus, cuncta nobis adversantia, te adiuvante, vincamus. **Per Dñm.**

**Infra Octavam S. Ludovici Missa dicitur sicut in die Festo. Secunda Oratio de S. Maria, Concède nos, tertiæ, Ecclesie tuæ. vel pro Papa, Deus omnium.**

**In festo S. Ludovici Regi Francorum Confessoris Missa, Cælesti, &c. ut ponitur in ipso die in Missali Romano.**

*Die*  
xxv

## FESTA SEPTEMBRIS.

**In festo Impressionis sacrorum Stigmatum in corpore B. Patris nostri Francisci.**

*Die*  
xvii.

**Ex concessione Pauli V. Summi Pontificis semel in mense, prima die non impedita Officio novem Lectionum (extra Adventum & Quadragesimam) potest fieri Officium sacrorum Stigmatum B. P. N. Francisci.**

**Introitus.**

**M**ihi autem absit gloriarum, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. **Psal.**

*Gal.*  
6.

**V**oce mea ad Dominum clamavi: voce mea ad Dominum deprecatus sum.

*Psal.*  
141.

**Gloria Patri. Oratio.**

**D**omine Iesu Christe, qui frangente mundo, ad inflammandum corda nostra tuam amoris igne, in carne beatissimi Patris nostri Francisci Passionis tuæ sacra Stigmata renovasti; concède propitius, ut eius meritis & precibus crucem iugiter feramus, & dignos fructus poenitentiae faciamus. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

**Lectio** Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Galatas.

**F**ratres, Mihi autem absit gloria, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: per quem mihi;

*Gal.*  
6. d



mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Iesu neque circumfessio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatura. Et quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israël Dei. De cetero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Gratia Domini nostri Iesu Christi, cum spiritu vestro, fratres. Amen.

**Graduale.** Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudiciu. *Psalm.* Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius.

*Gal.* **Alleluia, alleluia.** Christo confixus sum cruci: vivo ego, iam non ego, vivit vero in me Christus. *Psalm.* Alleluia.

**Post Septuagesimam, omisso Alleluia, & Versu sequenti, dicitur**

**Tractus.** Desiderium animæ eius tribulasti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis. Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

**Tempore Paschali, omittitur**

**Graduale, & eius loco dicitur, Alleluia, alleluia.** Christo confixus sum cruci: vivo ego, iam non ego, vivit vero in me Christus. Alleluia. Franciscus pauper & humilis calum dives ingreditur, hymnis celestibus honoratur. Alleluia.

**Sequentia sancti Evangelij secundum Mattheum.**

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, &

collat crucem suam, & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam. Qui autem perdidit animam suam propter me, inveniet eam. Quid enim prodest homini, si mundum universum lucratur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis: & tunc reddet unicuique secundum opera eius. **Credo.**

**Offertorium.** Desiderium animæ eius tribulasti ei Domine, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

**Secreta.**

**A**dsit nobis, quesumus Domine Iesu Christe Beatissimi Patris nostri Francisci pia, humilis, & devota supplicatio: in cuius carne, prerogativa mirabili, passionis tuæ sacra Stigmata renovasti; & presta, ut virtute presentis oblationis tuæ passionis circa nos beneficia iugiter sentiamus. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

**Præatio, ut in die Natalis eiusdem, fol. 25.**

**Communio.** Qui vult venire post me, abneget semetipsum: & tollat crucem suam, & sequatur me.

**Postcommunio.**

**D**eus, qui mira crucis mysteria in beato Francisco Confessore tuo multiformiter de-



monstrasti: da nobis, quæsumus, devotionis suæ semper exempla sectari, & assidua eiusdem crucis meditatione muniri. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Die  
xviii

In festo S. ELZEARI Confessoris Missa, O s iusti, &c. de Comuni Confessoris non Ponticis. Evangelium. Nolite timere. ut in sequenti Missa eiusdem Communis.

FESTA OCTOBRIS.

Die  
ij.

De sanctis ANGELIS CUSTODI-  
BUS duplex maius, Missa Benedi-  
cite Dñm. ut in fine Missalis Ro-  
mani fol. cxij.

Die  
ij.

In Translatione S. CLARÆ virgi-  
nis Missa ut in die Natalis eiusdem,  
fol. 594. mutata voce natalicia in  
Oratione, ut sit in Translationibus.

IN F E S T O

S. P. N. F R A N C I S C I  
C O N F E S S O R I S

Die  
iii.

Introitus.

**G**Audeamus omnes in  
Dōmino, diem festum  
celebrantes sub honore  
beati Francisci: de cu-  
ius solemnitate gaudent Angeli, &  
collaudant Filium Dei. **Psal.** Exul-  
tate iusti in Dōmino: rectos decet  
collaudatio. **V.** Glōria Patri.

**Psal.**  
32.

In Translatione & in Missis vo-  
tatis dicitur Introitus. Mihi autem.  
ut in festo Stigmatum. supra. 22.

Oratio.

**D**Eus, qui Ecclesiam tuam  
beati Francisci meritis, foetu  
novæ proles amplificas: tri-  
bue nobis, ex eius imitatione terrē-  
na despiciere, & cælestiū donōrum  
semper participatione gaudere. Per  
Dōminum nostrum Iesum Chris-  
tum Filium tuum.

Lectio Epistolæ beati Pauli  
Apóstoli ad Galatas.

**F**Ratres, Mihi autem absit glo-  
riari, nisi in Cruce Dōmini  
nostri Iesu Christi: per quem  
mihi mundus crucifixus est, & ego  
mundo. In Christo enim Iesu, neque  
circumcisio aliquid valet, neque  
præputium, sed nova creatura. Et  
quicumque hanc regulam secuti  
fuerint, pax super illos, & miseri-  
cōrdia, & super Israël Dei. De cæ-  
tero nemo mihi molēstus sit: ego  
enim Stigmata Dōmini Iesu in cor-  
pore meo porto. Grātia Dōmini  
nostri Iesu Christi, cum spiritu ves-  
tro, fratres. Amen.

**Gal.**  
6.d.

**Graduale.** O s iusti meditabitur  
sapientiam, & lingua eius loquētur  
iudicium. **V.** Lex Dei eius in corde  
ipsius: & non supplantabuntur gres-  
sus eius. **Allelūia, allelūia.** **V.** O Pa-  
triarcha pauperum, Franciscæ, tuis  
præcibus ange tuōrum nūmerum in  
charitate Christi: quos cancellatis  
manibus, cæcūtiens ut moriens Io-  
cob, benedixisti, allelūia.

**Psal.**  
36.

Post Septuagesimam, omisso  
Allelūia, & Versu sequenti, dicitur  
Tractus. Beatus vir, qui timet Dō-  
minum,

**Psal.**  
111.



miu, in mandatis eius cupit nimis.

¶ Potens in terra erit semen eius: generatio rectoru benedicetur. ¶ Glória & divítia in domo eius: & iustitia eius manet in sæculu sæculi.

— *Tempore Paschali omittitur Graduale, & eius loco dicitur, Allelúia, allel. ¶ O Patriarcha páuperum, Francisce, tuis précibus auge tuorum número in charitate Christi: quos cancellatis manibus, cæcutiens ut moriens Iacob, benedixisti, allel.*

¶ Franciscus pauper & humilis cælum dives ingreditur. hymnis cælestibus honoratur. Allelúia.

— *Sequentia sancti Evangelij secundum Matthæum.*

*Mat. II. d* **I**n illo tempore respondens Iesus, dixit: Confiteor tibi Pater, Dómine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Ita Pater: quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. Et nemo novit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis novit, nisi Filius & cui voluerit Filius revelare. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: & invenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suave est & onus meum leve. *Credo.*

— *Et dicitur per totam Octavam, & in Festis infra eam occurrentibus.*

*psal. 88.* **O**ffertorium. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

— *Secreta.*

**M**unera tibi Dómine dicata sanctifica: &, intercedente beato Francisco, ab omni nos culpârum labe purifica. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

¶ *Sequens Præfatio cum suo cantu dicitur in Festo S. Francisci, ac etiam per totam Octavam, & in Dominica, & Festis infra eam occurrentibus, nec non in Translatione, & in Missis votivis eiusdem S. Francisci.*

*2 mugib 610 V. Ho mm*

**P**er omnia sæcula sæculorum. *R. Amen. ¶ Dóminus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. ¶ Sursum corda. R. Habemus ad Dóminum. ¶ Grátias*





a gâ mus Dómino Deo  
 nostro. **D**ignum & ius-  
 tum est. **V**erè digum &  
 iustum est, æquum & sa lu-  
 tà re, nos tibi semper, &  
 ubi que grâti as áge re, Dómi-  
 ne sancte, Pater omnipotens,  
 ætérne De us, **Q**ui venerán-  
 dum Confessórem famulum



tum be âtum Franciscum,  
 tua Deus altíssima bonitâ-  
 te & cleméntia, Sanctórum  
 tuórum mé ri tis & virenti-  
 bus sublimásti; mentémque  
 ipsus, sancti Spiritus o-  
 peratióne, amor ille  
 Seráphicus ardentíssimè  
 incéndit in té ri us; enis-





que corpus sacris Stigmá-



tibus insigniuit ex térius,



figno crucifixi Iesu Chris-



ti Dó mi ni nostri. Per



quem maiestatem tuam lau-



dant Angeli, adorant Domi-



na tí ó nes, tremunt Po tes-



tates. Cæli, cælorumque vir-



tutes, ac be á ta Séraphim,




só cia exulta tí ó ne con-



cé lebrant. Cum quibus &amp;




nostras voces, ut admitti iúf-



beas depre cá mur, súp plici



confessi ó ne dicén tes.



**Cómunio.** fidélis servus & pru- Mat. 24.  
dens, quem constituit Dóminus su-  
per familiam suam, ut det illis in té-  
pore rrltici mensúra. **Postcomm.**

**E** Ccléssiam tuam, quæsumus  
Dómine, grátia cæléstis am-  
plificet: quam beáti Francisci  
illumináre voluisti gloriósis méri-  
tis, & exémpis. Per Dóminum.

In festo sanctorum martyrum

DANIELIS & sociorum.

Introitus



Apiéntiam sanctorum  
narrant pópuli, & lau-  
des eórum nuntiet Ec-  
cléssia; nómina autem

eórum

Die  
xliij.

Eccle  
44.



ed: un vivent in seculum seculi.

*Psal.*  
32.

**Psalms.** Exultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio.  
V. Gloria Patri.

**Oratio.**

**F**raterna nos, Domine, Martyrum tuorum corona lætificet: quæ & fidei nostræ præbeat incrementa virtutum, & multiplici nos suffragio consoletur. Per Dominum nostrum.

**L**ectio Epistolæ beati Pauli  
Apostoli ad Corinthios.

*2 Cor.*  
6.

**F**ratres, Exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suavitate, in Spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris, per gloriam, & ignobilitatem; per infamiam, & bonam famam: ut seductores, & veraces; sicut qui ignoti, & cogniti: quasi morientes, & ecce vivimus: ut castigati, & non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tamquam nihil habentes, & omnia possidentes.

*Psal.*  
33.

**Graduale.** Clamaverunt iusti, & Dominus exaudivit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos. V. Iuxta est Dominus his qui tribulato sunt corde, & humiles spi-

ritu salvabuntur. Allel. allel. V. Hæc est vera fraternitas, quæ vincit mundi crimina, Christum secuta est, inclita tenens regna cælestia. Alleluia.

**Post Septuagesimam, omisso Alleluia, & Versu sequenti, dicitur**

**Tractus.** Qui seminant in lacrymis. *Psal.* 125. Eunt ibant & flebant, mittentes semina sua. V. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

**Tempore Paschali omittitur Graduale, & ejus loco dicitur, Alleluia, allel.** V. Hæc est vera fraternitas, quæ vincit mundi crimina, Christum secuta est, inclita tenens regna cælestia. Alleluia. V. Sancti tui Domine florébunt sicut liliam, & sicut odor balsami erunt ante te. Alleluia.

**Sequentia sancti Evangelij**  
secundum Lucam.

**I**n illo tempore: Descendens Iesus de monte, stetit in loco campestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa, & Ierusalem, & maritima, & Tyri, & Sidonis, qui venerant ut audirent eum, & sanarentur à languoribus suis. Et qui vexabantur à spiritibus immundis, curabantur. Et omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Et ipse elevatis oculis in discipulos suos, dicebat: Beati pauperes: quia vestrum est regnum Dei. Beati, qui nunc esuritis.

*Luca*  
6. c



quia saturabimini. Beati, qui nunc  
fletis: quia ridebitis. Beati eritis  
cum vos oderint homines, & cum  
separaverint vos, & exprobraverint,  
& eiecerint nomen vestrum tam-  
quam malum, propter filium ho-  
minis. Gaudete in illa die, & exul-  
tate: ecce enim merces vestra multa  
est in celo. **Credo.**

*Psal.*  
149.

**Offertorium.** Exultabunt sancti  
in gloria, letabuntur in cubilibus  
suis: exaltationes Dei in faucibus  
eorum.

**Secreta.**

**I**terata mysteria, Domine, pro  
sanctorum Martyrum tuorum  
comemoratione, devota mente  
tractemus, quibus presidium nobis  
crescat, & gaudium. Per Dominum.

*Mat.*  
10.

**Communio.** Quod dico vobis in  
tenebris, dicite in lumine, dicit Do-  
minus; & quod in aure auditis, pre-  
dicite super terra. **Postcomm.**

**P**resta quesumus omnipotens  
Deus, ut quorum memoriam  
sacramenti participatione re-  
colimus, fidem quoque proficiendo  
sectemur. Per Dominum.

*Die*  
*xix.*

**In festo S. PETRI DE ALCAN-  
TARA Confessoris Missa, O iusti.**  
**de Comuni Confess. non Pontif.**  
**Oratio. Adesto. ut in sequenti**  
**Missa eiusdem Communis.**

*Die*  
*xxiii*

**In festo B. IOANNIS DE CA-  
PISTRANO Confess. Missa, Iustus**  
**ut palma. de Comuni Confesso-**  
**ris non Pontificis. Oratio. Deus,**  
**qui nos beati. ut in precedenti Mis-**  
**sa eiusdem Communis.**

**In festo S. IVONIS Confessoris**  
**Missa, Iustus ut palma. de Comuni**  
**Confess. non Pontif. Præter Evan-**  
**gelium. Sint lumbi vestri præcincti.**

**FESTA NOVEMBRIS.**

**In Translat. S. LUDOVICI Episc.**  
**& Confess. Missa ut in die Natalis**  
**eiusdem, fol. 21. sed in Oratione pro**  
**voce sollemnis, ponitur translatione.**

**In festo S. DIDACI Confessoris**  
**Introitus.**

**H**umiliavit se in omni-  
bus, & coram Deo in-  
venit gratiam: quoniam  
magna potentia Dei, &  
ab humilibus honoratur. **Psal. Be-**  
**nedic anima mea Dominum: & om-**  
**nia interiora mea nomen sanctum**  
**eius. Gloria Patri.**

**Oratio.**

**O**mnipotens sempiternus Deus,  
qui dispositione mirabili, in-  
firma mundi eligis, ut fortia  
quæque confundas: concede propi-  
us humilitati nostræ; ut piis beati  
Didaci Confessoris tui precibus, ad  
perennem in celis gloriam sublimari  
mereamur. Per Dominum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli**  
**Apóstoli ad Corinthios.**

**F**rates, Videte vocationem  
vestram, quia non multi sapi-  
entes secundum carnem, non  
multi potentes, non multi nobiles:  
sed quæ stulta sunt mundi elegit  
Deus, ut confundat sapientes: & in-

firma



ficina mundi elegit Deus, ut confundat fortia: & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quae non sunt, ut ea quae sunt destrueret: ut non glorietur omnis caro in conspectu eius. Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio: ut quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Et ego, cum venissem ad vos, fratres, veni non in sublimitate sermonis, aut sapientiae, annuntians vobis testimonium Christi. Non enim iudicavi me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.

**Graduale.** Domine prevenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. **V.** Vitam petiit à te, & tribulisti ei longitudinem dierum in saeculum saeculi. **Allelúia, allelúia.** **V.** Iustus ut palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur, allelúia.

**Post Septuagesimam; omisso Allelúia, & Versu sequenti, dicitur Tractus.** Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis. **V.** Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur. **V.** Gloria & divitiarum in domo eius, & iustitia eius manet in saeculum saeculi.

**Tempore Paschali omittitur Graduale, & eius loco dicitur, Allelúia, allelúia.** **V.** Iustus ut pal-

na florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur, allelúia. **V.** Iustus germinabit sicut lilium: & florebit in aeternum ante Dominum. **Allelúia.**

**S**equentia sancti Evangelij secundum Mattheum.

**I**n illo tempore: Accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Quis putas, maior est in regno caelorum? Et advocans Iesus parvulum, statuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis, nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum caelorum. Quicumque ergo humiliaverit se sicut parvulus iste, hic est maior in regno caelorum. Et qui susceperit unum parvulum talem in nomine meo, me suscipit. Qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. **Credo.**

**Et dicitur per totam Octavam, & in Festis infra eam occurrentibus.**

**Offertorium.** Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

**Secreta.**

**H**aec hostia, quaesumus Domine, quam sancti Didaci Confessoris tui solemnitate offerimus; ipso etiam intercedente, & vincula nostrae pravitate absolvat, & tuae nobis misericordiae dona conelliet. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum.

**Com-**



Mat.  
xi.

**Communio.** Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: & inveniētis requiem animabus vestris.

**Postcommunio.**

**D**eus, qui familiam tuam his sacrificijs purgātam, beati Didaci Confessoris tui celebritate lætificas: concēde quæsumus; ut ejus humilitatis & patientiæ imitetur vestigia, & ad gaudia perveniat sempiterna. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

**Infra Octavam S. Didaci, secunda Oratio de S. Maria, Concēde nos, tertia, Ecclesiæ tuæ, vel pro Papa, Deus omnium, Nisi occurrat Festum Duplex, vel Semiduplex; de quo tunc fit eum commemoratione Octavæ, & S. Mariæ.**

Die  
xix.**In festo S. ELISABETH viduæ.****Introitus.**

**O**gnōvi Dōmine, quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me: confige timore tuo carnes meas, à mandatis tuis tēnuī. **Psalm 13.** Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Dōmini. **V.** Glōria Patri.

**Oratio.**

**T**vōrum corda fideliū Deus miserātor illustra: & beatæ Elisabeth precibus gloriōsis fac nos prope ra mundi despicere, & cælesti semper consolatione gaudere. Per Dōninum nostrum.

**Lectio** Epistolæ beati Pauli Apóstoli ad Timotheum.

**C**harissime, Viduas honora, quæ verè viduæ sunt. Si quæ autem vidua filios aut nepotes habet: discat primum domum suam regere, & mutuam vicem reddere parentibus: hoc enim acceptum est coram Deo. Quæ autem verè vidua est, & desolata, speret in Deum, & instet obsecrationibus & orationibus nocte ac die. Nam quæ in delicijs est, vivens mortua est. Et hoc præcipe, ut irreprehensibiles sint. Si quis autem suorum, & maxime domesticorum, curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior. Vidua eligatur non minus sexaginta annorū, quæ fuerit unus viri uxor, in operibus bonis testimonium habens, si filios educavit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lavit, si tribulationem patientibus ministravit, si omne opus bonum subsecuta est.

**Graduale.** Diffusa est grātia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in ætēnum. **V.** Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. **Allelūa, allelūa.** **V.** Spēcie tua, & pulchritudine tua, intēde, prospere procēde, & regna. **Allelūa.**

**S**equētia sancti Evangelij secundum Mattheum.

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum cælorum the-

I. Ti.  
mo. 5Psal.  
44Mat.  
13. f



sauro abscondito in agro: quem qui  
 invenit homo, abscondit, & pra  
 gaudio illius vadit, & vendit univer  
 ta quæ habet, & emit agrum illum.  
 Iterum simile est regnum cælorum  
 homini negotiadori, quærenti bonas  
 margaritas. Inventa autem una præ  
 ciosa margarita, abiit, & vendidit  
 omnia quæ habuit, & emit eam. Ite  
 rum simile est regnum cælorum sa  
 gænz missæ in mare, & ex omni  
 genere piscium congreganti. Quam,  
 cum impleta esset, educentes, & se  
 cus littus sedentes, elegerunt bonos  
 in vasa, malos autem foras miserunt.  
 Sic erit in consummatione sæculi:  
 exibunt Angeli, & separabunt ma  
 los de medio iustorum, & mittent  
 eos in caminum ignis: ibi erit fle  
 tus, & stridor dentium. Intellexistis  
 hæc omnia? dicunt ei: Etiam. At  
 illis: Idem omnis scriba doctus in  
 regno cælorum, similis est homini  
 patrifamilias, qui profert de the  
 sauro suo nova & vetera.

**Offertorium.** Lætitia est grátia  
 in labiis tuis, propterea benedixit te  
 Deus in ætænum, & in sæculum  
 sæculi.

**M**Vnera, Dómine, nostræ de  
 votiónis offerimus, ut tibi  
 grata, & nobis salutaria, beá  
 tæ Elisabeth pia supplicatióne red  
 dantur. Per Dóminum nostrum.


**Communio.** Dilixisti iusticiam,  
 & odisti iniquitatē, propterea unxit  
 te Deus, Deus tuus, oleo lætitie præ  
 consortibus tuis.

**Q**Vos, Dómine, salutáribus  
 dignatus es reparare mysté  
 riis, beátæ Elisabeth, quæ su  
 mus, intercessiõe, cælestibus sem  
 per nutrias alimētis. Per Dóminum.

**In festo B. IACOBI DE MAR**  
**CHIA. Confess. Missa, O s juss. de**  
**Communi Confess. nõ Pontif. Ora**  
**tio. Adesto Dñe. cū Evang. Nolite**  
**timere. ut in sequenti Missa ejusdē**  
**Communis. Et dicitur Credo.**













THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY  
ASTOR LENOX TILDEN FOUNDATION  
ELIAS







DIE XXIX. OCTOBRI  
IN FESTO  
S. ELISABETH

Reginæ Portugaliz.

*Introitus.*

**G**Audeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore beatæ Elisabeth Reginæ de cuius solemnitate gaudent Angeli, & collaudant Filium Dei. *Psal.* Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.

ψ. Gloria Patri.

*Oratio, Clementissime Deus;*  
ut in festo: *cxiii.*

*Oratio.* Translationis ut supra;  
*Deus omnium:*

*Lectio libri Sapientiz.*

**G**Ratia super gratiam mulier sancta, & pudorata: omnis autem ponderatio non est digna continentis animæ. Sicut sol oriens mundo in altissimis Dei: sic mulieris bonæ species in ornamentum domus ejus. Lucerna splendens super candelabrum sanctum, & species faciei super ætatem stabilem: columnæ aureæ super bases argenteas, & pedes firmi super plantas stabilis mulieris. Fundamenta æterna super petram solidam, & mandata Dei in corde mulieris sanctæ.

*Graduale.*

**C**oncupivit Rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus Deus tuus. ψ. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem;

propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Alleluia Allel. ψ. Aspice, quæ folio résides Regina superio, nos quondam hic populos, Elisabetha, tuos. Alleluia.

*Sequentia sancti Evangelii secundum Mattheum. Matth 13.*

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hæc: Simile est regnum Cœlorum thesauro abscondito in agro: quem qui invenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit universa, quæ habet, & emit agrum illum. Iterum simile est regnum cœlorum homini negotiatori querenti bonas margaritas. Inventa autem una pretiosa margarita, abiit, & vendidit omnia, quæ habuit, & emit eam. Iterum simile est regnum cœlorum saginæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Quam, cum impléta esset, educerunt, & secus litus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione sæculi: exibunt Angeli, & separabunt malos de medio justorum, & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus, & stridor dentium. Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis: Ideo

omnis



omnis Scriba doctus in regno cœ-  
lōrum similis est hōmini patrifam-  
ilias, qui profert de thesauro suo  
nova & vœtera.

*Offertorium.*

**V**ultum tuum deprecabun-  
tur omnes divites plebis: fi-  
liæ Regum in honore tuo.

*Secreta.*

**D**eus, qui in honorem beatæ  
Elisabeth Reginæ has tibi  
solemnnes hostias offerri vo-  
luisti: da nobis, ut ejus vestigia se-  
cuti, & oratione adjuti, tibi soli,  
cui servire regnare est, toto corde



serviamus in terra, ac tecum re-  
gnemus in cœlo. Per Dominum.

*Communio Psal. 44.*

**A**stitit Regina à Dextris tuis  
in vestitu deaurato circū-  
data varietate.

*Postcommunio.*


**R**Egali ac Sacro convivio,  
Domine Jesu Christe, in quo  
tu es ipse verus cibus, &  
potus, nos, quæsumus, dignos effi-  
ciat, & charitas tua immensa, &  
beatæ Elisabeth Reginæ interces-  
sio gloriosa. Qui vivis, & Regnas  
cum Deo Patre.

*Oratio Translationis ut supra.*  
*Oratio Clementissimus Deus.*  
*ut in festo. etc.*  
*Oratio Translationis ut supra.*  
*Deus omnipotens.*

**G**loria super gratiam. *Oratio.*  
sanctæ, & pudor est: omnis  
autem ponderatio non est  
digna continentis animæ. sicut sol  
oriens mundo in altissimis Dei:  
nauticis bonæ species in ornanda-  
tum homus ejus. Lucerna splen-  
dens super candelabrum sanctum,  
& species faciei super arcum sta-  
bilem: columnæ aureæ super bases  
argenteas, & pedes firmi super  
plantas stabilis nauticis. Funda-  
mentis æternis super petram solli-  
dam, & mandata Dei in corde ma-  
nifestis sanctis.

*Graduale.*  
**C**oncupivit Rex decorem tu-  
um, quoniam ipse est Domi-  
nus Deus tuus. *V. Dilexisti*  
*justitiam, & odisti iniquitatem;*








Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.











Sala  
Gab. R  
Est.  
Tab. 40  
N.º 11